Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xxxiiij

tam multū tpis hūc diat ei. Vis sanus fieri, Respōdit ei infirmus. Dñe hoīem nō hō. ut cū turbata fuit aqua mittat me in piscinā. Dū venio enī ego alius ante me descendit. Dicit ei ihs. Surge tolle grabatū tuū et ambula. Et statim sanus factus ē homo ille. et sustulit grabatū suū et ambulabat. Erat aūt sabbatū in illa die. Dicebāt ergo iudei illi qui sanatus fuerat, Sabbatū est nō licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis. Qui me sanū fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatū tuū et ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatū tuū et ambula. Is aūt qui sanatus fuerat nesciebat qs esset. Ihs aūt declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eū ihs in templo et dixit ei. Ecce sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo et nūciauit iudeis qā ihs esset qui fecit eū sanū. Offē. Bene dic aīa mea dño et noli obliuisci oēs retributiones eius. Qui propitiatur oī iniquitati tue. Secr. Sulcipe qs dñe munera tuis oblata sanctificationibus et tua propitius dona sanctifica. P. Erubescāt et cōturbentur omnes Cō. inimici mei auertantur retrorsum et cadant

bescant valde velociter. Pl. Per hunc dñe oblationē mundet me et vitia mea purgent. et multa delicta cōpleant. P. Per dñm. Exaudi nos omnipotens deus. et mentibus nris gre tue lumen infunde. P.

Sabbato quatuortēpm.

Introitus Dirige deus meus in cōspectu tuo viam meā et tuā ad faciē meam dirige. Ps. Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Gl. Deinde sequitur. Oratio. Deus qui nos ad celebrandum festum paschale. Et hic fiat p quācz coll. sequentes. Oro.

Populū tuū qs dñe propitius respice. atqz ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Lectio libri deuteronomii. P. Illis diebus locutus est dñs ad moysē dicēs. Percipe dñe dedicationem populi tui. et de excelso celi habitaculo. et benedic populo tuo isrl. et terre que dedisti nobis. sicut iurasti patribus nris dare terrā lacte et melle manantē. Audi isrl. hodie dñs deus tuus precipit tibi. ut facias mandata eius atqz iudicia. et custodias et implēas ea toto corde tuo. et ex tota aīa tua. Dñm elegisti hodie. ut sit tibi deus. et ambules in viis eius. et custodias cerimonias illius et mandata atqz iudicia et obedias eius imperio. Et dñs elegit te hodie. ut sis ei populus peculiaris. sicut locutus est tibi. et custodias omnia precepta eius. et faciat te excelsiorē cunctis gentib⁹ quas